

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs VII. De Noctuis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Generatio. *Nidificat* in abietibus et uerisimi-
le est, a cauda de ovo exire seu, quod,
si reliquarum more prodiret, exitus
a rostri curuitate impediretur seu,
quod, cum media hyeme nascatur,
subinde ab ambientis inclemencia
calor animalis suffocaretur. *Hye-*

mali tempore *cantat* et quidem sua-
uiter, in aestate abstinet. Caevis
inclusa psittacorum more sursum at-
que deorsum reptitat. A potu po-
cillum rostro, si potest, abiicit ima-
ginem forte suam in aqua con-
spicata.

TITVLVS VII.

De Noctuis.

CAPVT PRIMVM.

De Bubone.

Aldrou. l. *A*bsoluta avium diurnarum car-
8. c. i. *niorarum historia, ad no-*
cturnas deflectendum est. Hae ue-
ro ob caesios oculos γλαυκῶπεις di-
cuntur et magnitudine inter se diffe-
rent. Oculos magnos amplos et cae-
sios habent. Non solum in tenebri-
cosis montium et rupium cauernis,
sed et in cauis arboribus, desertis
aedificiis domorum, templorum et
turrium tectis latent. Inter duo de-
a Arift. l. 9 nique crepuscula a (de nocte parum
H. A. c. 34 aut nihil uident, de die excedens sensi-
b a Arift. l. 8 bble sensum laedit) lacertas, scarabeos, apes, uespas, mures, hirundi-
nes, interdum lepusculos et cuni-
culos rapiunt. Numerantur autem
*inter rapaces nocturnas *bubo, asio si-**
ue otus, scops, aluco, ulula, noctua,
strix, caprimulgus.

BVBO, qui Graecis θύεις, θεταλος,
εὐλόας, βεγός, Goropio Becano cum
Aristotelis cyminde, chalcide, hy-
bride et ptyngae idem: Aristoteli for-
te ascalaphos omnium nocturna-
rum est maximus b nec aquila minor.
H. A. c. 3. Corpus ipsi breue et propter caudae
Strabo breuitatem, ueluti decurtatum. Cor-
poris tegmen plumbeum ferrugineo
seu obscuro quadam aeris colore
est. Maculis nigris sparsim et incer-
to ordine resperritur. Caput habet
adeo grande, ut ob eius magnitu-
dinem pullus a cauda primum in
† Plin. l. lucem f prodire credatur, frontem
10. H. N. orbiculatam seu teretem plumis, ue-
llet auribus eminentibus in regioni-
bus, prout in oto insignitam. Ca-
uernas ad auditum patulas hocce
pennarum ornamento ob magnitu-

dinem tectas. Oculos maximos et,
qui igneo splendore, ingenti ma-
gnitudine et truci obtutu terrorem
ad spectantibus incutint. *Rofstrum*
aduncum. Collum pro sua magnitu-
dine per breve. Vagues aquilinis ma-
iores, crura brevia. *Cuius c Gesneri*
anserem uincebat. *Alas* habebat ad
tres dodrantes longas. *Caput ma-*
gnitudine et forma felinum. Pen-
nae supra utramque aurem nigrican-
tes et tres digitos subrigebantur. Cu-
ius Aldrouandus d in multis ab illo d
differebat. Nam huic quidem eti-
am ad extremos usque digitos crura,
sed breuiora, graciliora nec ita su-
pra genu torosa. Color ei erat per
totum corpus ex cinereo ferrugineus
in pectore potissimum, ubi etiam
sub nigris maculis per longum du-
ctis promiscue respersus erat. Dor-
suum et alae e ferrugineo magis suc-
cessebant. Et cum ille Gesneri in
singulis totius corporis plumis magis
uariegatus et tenuibus quibusdam
lineolis transuersim ductis accipi-
trum et anatum instar minutim dis-
tinctus fuerit et uniuerso corpore,
magis uero dorso et capite macu-
las quasdam incerti ductus lituris
nigris, crassis et quadammodo figu-
ratis geserit: hic in alarum pennis
maioribus et cauda lineis subnigris,
transuersis, largiusculis distingue-
batur, quae ita efformatae in cau-
da praesertim fuere, ut singulae la-
tiores superne et inferne instar fimbriarum triplici ordine dispositae
aliis subtilioribus clauderentur.

Lo.

Tab XVIII



Gesner.
Ornith.

Aldrovandus
Ornith. I
c. 2.

III V



Tab:XIX

Vhula Kirch Eule.



Vhula.



Locus.
e Plin.
N.l. 1
c. 12.

f. Orie
Epist.

g. Plin.
N.l. 2
c. 4.
Cibis.
h. Arij.
A. 1.8

i. Plin.
c. 12.

Noctua.



Aluco.

mashiuu.



Vhula alia



Noctua



Kauslein.



Noctua
Steinkauz.

Strix



Defo.
prio.

A.
Dipn.

a. Plin.
N.L.
cap.
b. O
in C
* Ail
c. Al
Orn.
g. c.



Locus. Locum si speches, deserta e incolit
Plin. H. nec tantum desolata, sed dira etiam
N.l. 10. et inaccessa. Inter sepultra etiam
c. 12. diu noctuque uersatur, aliquando
 propter mures et iuxta horrea re-
 peritur. Coetum aliarum auium
Ouid. in fugit. Hinc solicana et deuia f uo-
 citatur. Nidulatur in altissimis rupi-
 bus, ne foetum iniuriis exponat et,
 ut securius ad praedam euagetur.
 Ouuum eius Plini tempore uix uisum

g Plin. H. g est, nostris non adeo rarum.
N.l. 29.

Cibus ipsi b carnes auicularum,
c. 4. cuniculorum et leporum. Tantum
Cibus. h Arist. H. praedae, dum pullos educat, con-
A. l. 8. c. 8. gerit, ut et uenatoribus satis luci-
 adferat. Templa noctu frequenta-
 re, ut se oleo ex lampadibus ingur-
 gitet, uix credi potest. Noctu au-
 tem uictum quaerit et sublucti crepe-
 ro gaudet in uespere. Vnde nocti-
i Plin. l. 10. canicana et i noctis monstrum uoca-
c. 12. H. N. tur. Si diuturno tempore prodeat,
 ab aliis auibus seu uisu insolens con-
 uellitur. Roboris est magni. Vi-
 sus et feroce canes abegisse et cum
 aquila depugnasse. Si se uiribus
 imparem fentit, in dorsum supinus
 procumbit unguisque ac rostrum
 sic aduersum erigit, ut hostium
 nullus accedere audeat.

Quantum ad uolatum k, uix mo-
 uet natas per interia brachia pen-
Volatus. k Ouid. l. 5.
 nas, nunquam uolat, l quo libuit, l Plin. l. 10.
 sed transuersus. Hebetes ipsi inter-
Metam. c. 12.
 diuoculi, minus tum, quam noctua
 uidet. Non cantu m aliquo, sed ge-
 mitu uocalis est et bubulare, quod
 Graecis est βολεύειν, dicitur.

Vjus eius est tum in aucupio, nam Vjus.
 et auiculae, dum eam interdiu cir-
 cumuolant et percutiunt, facilli-
 me retibus capiuntur et Galli n eius.
n Plin. H. dem opera miluos uenantur, tum N. l. 26.
 in cibo, a quibusdam enim editur, c. 4.
 tum in medicina. Cerebrum uul-
 nera cum adipe anserino glutinat,
 cum aphronitro scabiem sedat. San-
 guis asthmaticis est utilis. Cor
 eius, si impositum o mammae mu-
 lieris dormientis finistrae fuerit, ut N. l. 29. c.
 omnia secreta pronuntiet, si axil-
 lae, ut canes obmutescant, effice-
 re, sed falso tradunt. Creditur, p p Ioseph. l.
 Agrippae Romae captiuo primo 8. Antiq.
 regnum cum libertate post mortem c. 8.
 portendisse, Chingis Canum ab ho-
 stibus uictum quam seruasse, ideo
 a Tartaris honorari, serenitatem
 denique, si totam noctem ceci-
 nerit, portendere.

*Descri-
prio.* **A**sio seu otus forte ab auribus, qui
 Alexander Myndio apud Athe-
 naeum lagotia, quod aures lepori-
 nas habeat, aliis apud Aristotelem
nydcorax, quia buboni per omnia,
 magnitudinem si excipias (magnitu-
 dine columbae esse scripsit † Athene-
Athen. l. naeus, quod de maximis intelligenti-
 dum,) est similis, ternos quoque di-
 gitos habet anticos, posticum unum
a Plin. H. male noctuae similem Plin. a dicit,
N.l. 10. male et Caza τὸν σκωπά per asionem
cap. 13. apud Aristotelem uertit et Oppianus
b Oppian. b cum * Athenaeo otum cum otide
in Cyneget. confundit) bubonem sequitur. Al-
Athen. l. 9. droandus c binos describit. Priori
c Aldrov. caput erat auribus, uelut cornibus
Ornithol. l. plumeis insignitum, cinereo, Bae-
 tico diluto et nigro ad supercilia us-
 que et nares propemodium colore

uarium. Facies tota anterior e cine-
 reo candicabat minutissimis plumu-
 lis, ueluti pilis tota obsita. Corpus to-
 tum e cinereo seu leucophaeo ad fer-
 rugineum dilutum uergebat, ma-
 culis ubique fuscis conspersum
 tam maiusculis, quam punctorum in-
 star minutissimis. Per uentre noctae
 fuscae in longum recta duce-
 bantur et in acumen desinebant
 etc.

Alterum semipalmum in longitu-
 dine minus, fuluum Aldrouandus ad-
 pellat. Toto propemodium anterio-
 ri corpore maculas fuscas in longum
 protensa et singulis plumis albican-
 tibus decussatas, ut crucis aut lilii
 Francici referent figuram, habe-
 bat. Crura et pedes ad ungues usque
 hirsuti, ut in totum corpus, flan-
 elce-
 bant.

bant. *Cauda* infra alarum longitudinem uno fere digito erat. *De-*
d. l. s. c. 3. scribit et Bellonius *et* tertium auribus patulis, cruribus ad ungues pilosis, facie aluconi simili, uentre maculis nigris uariegato. *Cau-*
da alarum longitudinem aequante, ulula multo maiorem, qui uel su-
periori est similis uel Aristoteli inco-
gnitus et Aruernis in Gallia monti-
bus peculiaris species dicendus. *Cra-*
nii anatomen uide in Aldrouando.
Auris et oculi hisce uerbis idem ex-
equitur: aui huic supra aures cutis in
longum producitur complicata, ru-
goſa, sponte concidens et meatum
eo loco occludens, instar membranarum, quae tamen in amplissimum, si uoles, ambitum deduxeris. Sunt enim laxae, implumes intus, can-
didac, foris uero minutissimis et pul-
cellis confitae et, quae orbem ue-
nustum in marginum ambitu con-
stituant. Non alteri rei magis ad-
positas hasce cutaneas ualvas, quam
branchiis pisces compararim. His
apertis, auditus foramen amplum ac
patulum in medio adparet, multis an-
fractibus, instar humani tortuosum.
Oculus inuentus fuit substantia qua-
dam cartilaginea, uelut capsula cir-
cumclusus, non tamen undique. Nam infra in parte oculi posteriori
haudquaquam membrana haec sub-
sternebatur, sed circumquaque ad
latera, a qua circulus supra totum
oculum exporrigeretur, ante qui-
dem hac membrana angusta erat, intra uero et, qua magis ad posterio-
ra uergebat, dilatata. *Oculus* ipse
ante orbicularis erat, retro sessilis et
compressus longe, quam uel in me-
dio latior. *Resecta* cornea, uueam ab illa intus plurimo nigore tintam et, ueluti atramento perfusam, quippe quae etiam humores subiectos di-
gitis contrectata tingeret, obserua-
ui. *Huic* in orbem alia tenuissima pellicula, instar annuli circumpone-
batur, crocea seu aurea per totam substantiam ita uueae connata, ut nullo modo integra ab ea secerni posset. *Huiusmodi* sane nullam, quod equidem sciām, in aliis animantibus reperiiri puto. *Duae* igitur haec mem-

branae coloribus diuersis tintae et per corneam transparentes horren-
dum illum nocturnarum auium oblu-
tuin faciunt, concurrentibus simile nigro et croceo ex aduerso radiis et, uelut flammæ e silice excusae mi-
cantibus. *Humor* crystallinus mini-
me durus aut solidus erat, qualem in aquilis et aliis obseruauimus, sed te-
ner et molliculus, utpote qui facilime uel sua sponte disolutus reflecta cornea simul cum aquo humore ef-
flueret.

Locum si attendas, montes ple- *Locu.*
rumque inhabitat locaque edita. In montibus Aruerniae copiosi inueniuntur et in Italia in monte Plumbicio pasim sunt obuii. In Ciliciae cam-
pis de die inter ambrosiae plantas abditum Bellonius inuenit, cum ta-
men eo loci ne ad quartum quidem milliare arborem ullam nacentem uidere liceat. *Nidulatur* in arborum cauernis et foraminibus. *e* Aristoteli *Ariſt.H.*
f Plinio *migratorius* est. *Nam* cum *lingulaca*, matrice et cynchramo, *H.N.s.*
ecoturnicibus hinc proficiscentibus *fPlin.ln.*
ducem esse scribuit.

Leui facilique *uolatu* fertur. *Vo-* *Volatu.*
cem edit ei similem, qua homo fri- *et Vix.*
gore adfectus reclamare solet hu, hu. Repetit eam solis occasu instanti, aliquanto interuallo interposito, sonor-
am, tanquam si fistula tenui edere-
tur. Cum a quoipam lacescitur, sibi-
lum aut crepitum emittit, qualem fe-
lis solet. In pugna eadem ratione se defendit, ac *Bubo. κόβανος εἰς και μην-* *g. I. 8. H. A.*
τῆς Aristoteli seu, quod instar mimo- *6. 12.*
rum ac parasitorum collum contor-
quendo nunc in hanc, nunc in illam partem ridiculos et mimicos gestus edat seu, quod imitatione gaudeat, quicquid facientem aucupem cernit, idem quoque agit. Stant *h* illi e re. *h* *Athen.*
gione et uiscoſo quodam pharmaco *9. Diplo-*
oculos inungunt, illud post in pelui- *soph.*
bus relinquunt et abeunt. Accedit otus et oculos sibi conglutinat sive capit. Aristoteles *i* eum in altero aucupe intentum ab altero circumueniri reliquit. Magi recenti afionis felle glaucomata curari dicunt.

N.B. *Est et genus exoticum oti, de*
quo uide in mantissa. N. 2.

CA.

De Scop'e.

^{a Athen. l.} ^{b Dipn. 9.} ^{c Bellon. l.} ^{d de Ausib.} ^{e 15.} ^{f Eustat.} ^{g Odys. 5.} **S**cop's a Alejandro Myndio abs- que σ apud Latinos nondum in- tenuit nomen, quamuis Bellonius ululam ex ipso faciat. Græcis uel a uoce inepta b uel, quod in σκοπ' οντα habeat in γράφειν seu noctu maxime cernat uel, quod uarietate gestulationum, quibus naturaliter utuntur homines, σκωπόντας, id est, qui alias deludere solent, referat, sic dicitur. Habet fere cum omnibus noctunis aliquid communne. Cum bubonibus et otis, quod auritus sit. Cum ululis et alucone, quod pedes utrinque in aequum digitorum numerum dispertos habeat. Cum noctuis, quod pedum compositione, figura, colore denique et magnitudine his, quam aliis propior sit. Ab Athenaeo et Aeliano ita depingitur, ut minor noctua esse, in colore plumbeo albicantia puncta habere et ab utrisque temporibus duas pinnas subrigere dicatur.

^{a Generatio.} ^{b Aten. l.} ^{c Dipn. 9.} ^{d Callimach.} **D**uplices apud c ueteres ipsorum genus. Alii sunt uocales, qui omnibus temporibus patent, ideo αισθαπτεις dicuntur, glauci sunt ac esui propter uitium carnis inepti. Alii muti, qui autumno interdum adparent nec plus uno uel altero die commorantur, scopes absolute dicuntur et ab aescopibus crastisie differunt, tururi et palumbo similes. Tot et apud neotericos differentiae. Vna Italiae frequens, quam isti chiuino uocant. Altera huic apud Germanos similis, paulo albidior, cauda et auriculis longioribus. Illa, prout ab Aldrovando describitur, noctua est minor, palumbo par, omnium fere nocturnarum minima, illam si excipias, quae alaudam non superat et rara est. Caput ei teres plumulis coloris ubique plumbi uestitum. Aurium

plumulae una tantum pinnula constabant, quae in mortuo uix adpareat. Totius corporis superficie tenus color cinereus est, hiinc inde non nihil admixto plumbeo, maculis albicantibus distinctus. Maiores alarum et caudæ pennas maculæ albae transuersim ornant, minores reliquas omnes etiam linea in longum nigra fecat. Circa collum et alatum initium rufo decore promiscue respergitur. Pedes habet exiguos fuscos ad plumbi colorem obscurum accedentes, squamosos, depiles in digitos binos anticos et totidem posticos dispartitos, unguibus fuscis instructos.

^{a Arist. l.} ^{b Plin. l.} ^{c H. N.} ^{d Arist. l.} ^{e H. A. c.} ^{f Dipn. 28.} ^{g Plin. l.} ^{h H. N.} ^{i c. 49.} **D**e generatione ipsius nihil exploratum esse scribit d Aristoteles, nisi d Arist. l. quod fauoniis flatibus adpareant. ^j H. A. c. Plinius e amplius nasci negat forte, e Plin. l. quod ipsorum satyricos motus, cum i. o. H. N. insident, plerisque memoratos con-

cipere mente non posit.

^k De Voce superioris dictum est. ^l Vox.

Quod ei ex f Athenaeo potius, quam f Aten. l.

Aeliano a Gyllio ad�icatur, πάντα ^m Dipn. τὰ τῶν ζωῶν εὐγλωττά καὶ διηγθρωμένα εἴναι τὴν φώνην, quasi omnes oris expressione et articulata uoce longe superet, ad aues, quarum lingua latiuscula, pertinet. Ridiculos saepe exercent gestus. Cum enim colla retro agilia habeant, caput modo adducendo, modo protendendo, uertice nutando, humeros iactando et saltitando histriones imitantur. Vnde scops saltationis apud antiquos genus, quod et scopiam

ⁿ nominabant, ἔχον τινὰ τὰ τραχηλᾶ g Pollux l. περιφορὰν κατὰ τὴν τὰ δυνάθρον μηρον. ^o Meurs. in Habebant quandam colli circum Orchestra. uolutionem ad auium imitationem. ^p Aelian.

Perire mali Punici grano Gyllius l. 6. H. A. ^q 46. in Aeliano h addit.

CAP V T IV.

De Alucone et Vlula.

ALVCONIS, qui Graecis ἀλεὸς, non ἀλείας nec ἀλαιός, nomen uel ab Italorum alochone Gaza formauit uel a Germanorum, ut Lazi uult, locken, quod adlicere a Bellon. l. significat, desumtum est. Duo a 2. de Ani- ipsorum sunt genera. *Vnum* maius, bus c. 32. *alterum* minus. Aldrou. l. Maius caponis est b magnitudi- 8. c. 5. ne, hoc peculiare habet, ut palpe- b Arif. H. ne, hoc peculiare habet, ut palpe- A. l. 8. c. 3. bram a summo oculo adimum ad- ducens conniveat. *Auriculis* ca- ret, sed earum loco coronam quan- dam e plumis constructam, quae faciem totam pinnulis supra oculos superciliorum altorum modo eleuatis et utrinque per tempora nec non sub mentum descendendo in orbem coeuntibus flammei mu- liebris forma habet. *Rostrum* ipsi album. *Oculi* in cavitatem pro- fundam a plumulis undique surre- ditis constitutam magni et toti atri immerguntur. *Dorsum* coloris est plumbei notulis albidi variegatum. *Crura* plumis candidis contegu- tur. *Pedes* duntaxat pilis. *Incolit* tam loca campestria, quam faxa praerupta, rimas turrium et cauer- nas queruum. Muribus et auicu- lis et inter has c picis uilitat. Quod 8. H. A. c. forte animalculum cepit, deglu- 3. tit integrum. Tam ampla enim ei gula, ut bolos ouo maiores integros transmittat: neque quicquam cibi sumit, antequam osfa, pilos et plumas reiecerit. Transuersim ardearum more inter uolandum fer- tur.

Minus simili cum maiore macularum diuersitate variegatur, do- mesticam columbam magnitudine non excedit. Vertex capitidis, col- lum, dorsum, alae ad pennas remiges usque plumulis uestiuntur ab initio prope radicem cinereis ob- scuris, reliqua ferrugineis dilutis. Anterior *capitis* pars plumulis can- didis in formam flammei cincta ui- detur, quas circulus luteus undi-

quaque ambiens claudit. *Oculi* ni- gerrimi uersus interiore canthum plumeis luteis obsidentur.

Tibiae et pedes uillis horrentes nonnihil rubent binis ante et totidem retro digitis instructi. *Vngui- bus* armatur longis, ualidis, acuti- simis et aterris.

Vocem noctu edit adeo terribi- lem, ut pueris et foeminis terro- rem incutiat. Rarior multo con- spectu est, quam maior. *Vlula* flammata Gesneri eadem cumalu- cone.

VVLVA Graecis ἄγριάιος, ὁλονυχη- et ὁλονυχη dicitur. Quae a Ges- nerio d describitur, magnitudine d erat gallinae uel supra colore rufa in Orni- uel nigro respersa. *Rostrum* breue et aduncum albicabat. *Oculos* ha- bebat magnos nigros, pupillam ob- scure rufam, pinnulas inter oculos et rostrum multas, densas, cine- rei fere coloris, margines *palpebra- rum* rubicundi membrana nictanti superne abducebantur. *Collum* e- rat multum retro agile. *Crura* al- bicantia punctis confersa liuidis, hirsuta ad pedes usque. Pedum di- giti biniante, totidem retro. Quam

e Aldrouandus describit et inter ululas, quod uocem non flebilem eiulando, sed gallinaceorum haud absimilem rostro frendendo edide- rit, reponere metuit. Caput, dor- sum, alas, caudam colore cinereo maculis albicantibus ac nigris dis- distinctam habebat, sub uentre albicabat et nigris maculis variegaba- tur. Capite erat ualde magno, te- reti, enormiter crasco, admodum plumoso. Oculis ex toto nigrican- tibus et plumulis albis undiquaque in orbem cinctis, in quorum am- bitu ad palpebrarum oras lippien- ti instar rubescens circulus con- spiciebatur, superiori tantum pal- pebra inter nictandum oculus con- tegebatur. *Rostrum* erat subuire- scens etc.

Colit

Locus
Cibus
Arift
H. A. l.
g. A. ijt
A. l. 8.
h. l. dem
A. l. 9.
i. l. dem
c. 17.
Gener-
tio.

Vox.
Gener-
et defi-
ctio.
ptio.
a Heij
us in.

b Arif.
A. l. 2.
nlt.
c Ide.
2. c. 1.
d Alb.
l. 23.
e l. 2.
Anib.
f Ald.
Orni.
l. 8. 6.

Lo-
g Pl.
N. I.
29.

*Locus es Colit et campestria et saxa, διθα-
cibus. λος f est seu gemini cibi. Fruges in
Arist. l. 9 humilioribus colligit. In excelsis
H. l. 17. rapinas agit et carnes in cibum pa-
g. Arist. H. d. 8. c. 3. rat. Picas g uenatur, sed et h co-
h. idem. H. lorem (subest mendum nec nota
A. l. 9. c. 1. cuiquam ausi) forte collurionem
idem. l. 9. rapit. Est νυκτίωνος ι και ημέρας ὀλι-
c. 17. γάνης φαινεται, noctu uagatur, de die
Genera- raro adparet.*

*Parit quaternos, si bene Plinius
k Aristotelem f intellexit. Nam, ne k Plin. H.
de Aetolio miluo res sit, uerendum N. l. 10.
est. Vox eius est ululare seu moe
g. Arist. H. c. 16. sta et flebili uoce plangere idque m
A. l. 6. c. 6. m Apul. l.
uespertino tempore.*

*Fel eius praedicatur ad albugines, a Floridor.
suffusiones et caligines. n n Plin. l.
Adeps ad clarita- 29. H. N.
tem. c. 6.
Vfus.*

CAPVT V.

De Noctua in specie sic dicta.

*Generatio et descri-
prio. a Heschi-
ni in Lex.
Noctua Latinis, quod noctu ca-
nat et uolet, Graecis γλαυξ,
κικησια, a νερη et τυτω dicitur.
Duplicis ipsarum generis mentio-
nem faciunt auctores, maioris nem-
pe et minoris. Vtrique collum bre-
ue, gulae pars inferior paulo la-
tior. Αποφυαδες seu appendices in-
b. Arist. H. fra b, ubi intestinum definit, pau-
A. l. 2. c. cae. Lien tam paruuus c ωσε λανθά-
nus. c Idem. l. νειν ὀλιγης την αισθησιν ut sensum
2. c. 1. multorum effugiat. Cauda d bre-
d. Albert. uis et, si e Belloniu[m] audimus, pe-
l. 23. des pilosi. Capitis uertex ex plu-
mularum ibidem positi, ueluti in-
Aub. c. 32. trorsum excavatus. Quae ab f Al-
f Adron. drouando describitur, erat colum-
Ornithol. bae magnitudine, capite maiusculo
l. 8. c. 7. superne depreso, oculis magnis
et glaucis, rostro longiusculo, di-
lute flauo, corpore toto plumis par-
tim Baetico, partim albo distinctus,
cruribus plumosis et ad pedes us-
que hirsutis, coloris e cinereo Baet-
ici, pedum digitis subfuscis, cine-
reis, implumbibus. Quam Germa-
ni saxatilem nominant, tota parte
prona fusc[i] modico rufo permixti
et albicantibus maculis distincta est
coloris. Crura et digitos pedum
habet hirsuta, plumis albidis. In
extincta rostrum superius rubebat,
cum prius in uiua rubore non uidere-
tur. Inter oculos et rostrum pen-
nulae quaedam, ceu pili aut barbu-
lae rigent.*

*Locus. Locum si attendas, in Creta na-
g. Plin. H. sci negat g Plinius, inlatam mori
N. l. 10. c. tradit nec in Alpinis Heluetiae re-
29.*

*gionibus inueniri scribit. E Gallia
Cisalpina, Longobardia et Germa-
nia ad Rhenum eo aduehuncuntur. In
Attica b plurimae. Vnde noctuas h Apostol.
Athenas. Saxatiles montana et sa-
xosa incolunt. Ideo ad frigus ar-
cendum plumas cruribus et digitis
natura induit.*

*Cibus ipsis uespae, apes, lacertae, vittus.
i mures, quarum k cicuratae in i Arist. H.
domibus etiam uenationem exer- A. l. 8. c. 3.
cent, semel saturatae trium die k Crescent.
rum inediā perficiunt nec nouem l. 10. c. 16.
abstinentia laeduntur. de Agric.
cult.*

*Quantum ad generationem, quod
de bubone, id et de hac l Plinius i Plin. l. 10
dicit, solam inter uncungues et H. N. c.
carniuoras non caecos parere pul- 17.
los Eustathius et Varinus fallo tra-
dunt nec uerius, cum formicas a
suis pullis abigere cupiunt, uespri-
tionis cor in nido tanquam amu-
letum habere Oppianus reliquit. Si
enim ipsa lepus est, cur aliunde pul-
pamenta quaerat. Nec de die omni-
no caecutire uerum nec propter insi-
tam uim igneam tenebras penetrare
ac luna silente uidere, quod Eusta-
thius et Varinus scribunt. Die m m Ambr.
exorto quasi splendore uisus eius he- l. 5. Hexa-
betatur et quasi quibusdam errat in am. c. 24.
tenebris. Sicca nimis et tenuis hu-
moris substantia facili negotio dissi-
patur. Noctu, quiā aere, qui ui-
sionis medium est, non illuminato
objectae colorum species non ex-
primuntur, si proprius n accessē- a Bellon. l.
ris, haud loco seſe mouebit. Mo- 2. de Anib.
derata lux quiā noctuae contieniens, c. 24.
ideo*

Arist.H. ideo ἡγένειον ἀχρηστόν εσπέρος καὶ πρωΐ
A. l. 9. c. ὥρᾳ προσεραμ, per et circa matutinum crepusculum uenatur. So-

num edit duplēcēm, unum tou, alterum uocant cucabare. **p**

In subib. tou, alterum uocant cucabare. **p**

Pollux Aristophani κυκλαβάν. Pollux q eam

Onom. l. 5. νίκην scribit. Nigidius r nouem ha-

Plin. l. 10. bere uoces prodit. Apuleius s ser-

c. 17. rum et intortum eius cantum uocat.

Pl. 3. Mi- Est etiam *saltatrix* et corpus et

lesfor. ceruicem frequenter in orbem con-

torquendo, nunc toruo et fixo obtu-

tū hominem adspicit, nunc capite

huc illuc acto scurras et histrio-

Crescent. nes imitatur. Luce t uagantem au-

Agricult. culae reliquae sturnatim admirant-

l. 10. c. 6. ium specie primo circumuolitant,

u Plin. l. mox impetunt. Ab his u circum-

10. H. N. data resupina pedibus repugnat col-

clectaque in arcum rostro et ungu-

bus tota tegitur.

Inimicitia *Inimicitias* gerere dicitur cum x

x Arist.H. cornice seu, quod sibi oua meridie

A. l. 8. c. 1. absumat seu propter aliam causam.

21. de Na- Lucretius z sane cornices metu no-

tum. etuarum in Athenarum moenibus

unquam uolasē negat, cum orchis

Arist. l. 9. a eius oua itidem exedente, cum

H. A. 6. 1. pico garrulo et ouibus. Contactu

frondium platani torporem contra-

here, sic a eiconiis a nido submo-

ueri fabulatur Aelianus. Auxilia-

tir b ei contra auiculas collegio

b Plin. l. quodam naturae paser bellumque

10. H. N. partitur.

Vjus captae tum in *aucupiis*,

prout in oto dictum est, quod ge-

enus aucupii hodie a pipatu auium

circumuolantium noctuam pipatam

uocant. Vnde pipare, quod deci-

pere, tum in *cibis* apud tenuioris

fortunae homines, tum in *medici-*

na. Nam cibus aqua, in qua no-

ctua lauit, perfusus gallinarum pitui-

tam pellit. Sanguis inter psilothra

numeratur, iecur paroides sanat.

Anginis cerebro succurritur. Ebrio-

fis oua per triduum in uino data

taedium eius adducunt.

Praesagia si respicias, si nemore

Prat. gium. deserto frequentior in urbibus ad-

paruerit, sterilitatem, si uesti-

no crepusculo de suis lustris citius

pro consuetudine egressa plurimum

cucabauerit, pluuias, si c pluuiā

c Aran. durante cesauerit, pollicericreditur.

NB. De noctuae genere exoticō

in pharm. uide mantissam. N. 2.

CAPVT VI.

De Strige et Caprimulgo.

Deftri- STRIX quaenam sit avium, non
prio. constare arbitratur a Plinius.
a. l. 11. H. Ouidius eam breui compendio de-
N. 6. 39. scriptis, dum scribit:

----- *Strigum*

Grande caput, stantes oculi, rostra
apta ruinae,

Canities pennis, unguibus ha-
mus ineſt.

Vbera eas infantium labris immul-
gere, sanguinem in cunis noctu ex-
ugere, imo et dilaniato unguibus
corpo mortem adferre creditit
b Ouid. 6. superstitionis **b** antiquitas. Isidorus
Fastror. **c** uero propriis pullis lacteum hu-
c. l. 12. O. morem instillare eosque ultra mo-
rigin. 6. 17. dum amare prodidit.

Vox ipsatum proprie stridor est **vix.**
Latinis. Omen semper triste ha-
bebatur.

Aldrouandus d. **huc nocturnam** d. l. 8. 0-
quandam *auem* refert, quea habe-
bat caput magnum, rotundum,
anteriore parte plumulis exiguis in
orbem, uelut flammēum positis ex-
ornatum. *Oculos* grandes cum iri-
de dilute flava ac pallente, pupil-
las maximas et uehementer atras.
Rostrum corneum, fuscum. Pen-
nas uniuersi corporis ferrugineas
maculis fuscis in remigibus trans-
uersim distinctas. *Caudam* palmo
fere alis longiore. *Crura* ad di-
gitorum ungues usque instar pedis
leporini pilosa. *Digitos* pedum bi-
nos ante, totidem retro. Magni-
tudine erat afionis. Dicebatur ca-
prarum ubera exugere.

CA.

Nycticorax.



Naustrab.




Tab: XX.

Caprimulgus.
naustrab. Pfaff.
alias geysneiker

Caprimulgus. alias.



Vesperilio.



Vesperilio.

Speckmause. fledermaus.



Junge Fledermause.



Vesperilio. lactans



Fledermaus. mit den Jungen.

Vesperilio.

Fledermause.



Defor.
ptio.

e Arig.
A. 1. 9.
fl. 10.
N. c.

Defor.
ptio.

a. 4.
partib.
nim. c.
bl. 7.
turnal
e. 16.

† Stra.
l. 15.

* Livi.
Hift.c.
* Gom.
Hift.c.

cl. 9.
nithol.



*Descrip.
ptio.*

CAPRIMVLGVIS et si specie a reliquis multum differat, nocturnis tamen ratione uisus ad censemetur. Graecis διγοθήλης παρός τοῖς διγοῖς τεθηλακέναι, quod capras fugat, dicitur. Magnitudine est e paulo maior, quam merula, minor, quam cuculus seu, ut Plinius, f grandioris merulae aspectu. Cuius iconem Aldrouandus exhibet, erat cuculo ita similis, ut, nisi in usitata pedum crurumque exilitas et breuitas cum diuersa constructione obstitisset, is idem esse crederetur. *Caput* habebat uertice longo et compresso. *Oculi* grandes, iridem et pupillam nigerrimas. *Rostrum* uix passerino maius, modicum aduncum plumulis tanquam pilis quibusdam superne ad nares et inferne sub mento

ornatum etc. Quam Gesnerus exhibet, rostrum habebat aduncum et tibias plumis obuestitas.

Degit in montibus circa mare in primis in Creta propter uiciniam stabulorum, quibus caprae includuntur. Intrant h namque isti fures nocturni pastorum stabula caprarumque uberibus aduolant propter suum lactis, qua iniuria uerbo emoritur, caprae, quas ita muliere, caecitate percutiuntur. Adeo terribilem clamorem habent, ut etiam audientibus pauorem incutiant. Duo aut tria cum plurima oua pariuntur. De uisu ita Aristoteles: ἐσὶ δὲ οὐνωπὸς τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς βλέπεται. Parum acute interdiu uidet, sed noctu perspicax est.

TITVLVS VIII.

De Carniuoris Mediae Naturae.

CAPVT PRIMVM.

De Vespertilione.

*Descrip.
ptio.*

Vespertilo LXX. νυκτερίς, Hesychio et Phauorino φάλαιη, Philo νυκταλαύψ et φιλέσπερος, Victorino auis forex, Vallae semimus, Platonii in aenigmate auis non auis dicitur. Τοῖς πτηνοῖς καὶ πεζοῖς ἐπαμφοτερίζουν καὶ διὰ τέτο ἀμφοτέρων τε καὶ ἑδετέρων μετέβαλον. *χειν* bene scripsit a Philosophus, male b Macrobius, quatuor pedibus ingredi et inter quadrupedes referendum, ut inferius patebit. Color nonnullis fuluus, aliis niger, subalbus, cinereus. *Magnitudo* diuersa. Maiores † in urbe Asyriae Borissippa, quam alibi, innouo orbe columbas adaequant, in Brasilia * monedula, circa Vrabam * turtures, in Orientali India, si Pompilio Azalio credendum, tanti, ut illas transentes alarum uerbere prosternant, multos etiam occidunt. *Caput* quibusdam murinum est, caninum aliis. *Rostrum* a caeteris auibus diuersum. *Nares* uituli instar. Dentes XXXIV, in mandibula inferiore octodecim, sedecim in superiore Bellonius obseruauit, uiginti quatuor in singulis mandibulis duodenos eosque ferratos, teretes et longiusculos c Al-

drouandus utrinque in superiore mandibula senos, in inferiore septenos, quorum anteriores caeteris longiores, omnes ualde albi, Clusius. *Maxillas* intus et foris pilus oblongus, niger obuestit. *Auriculas* interdum binas, quaternas interdum habet, similitudo eis asininarum et superiores quadruplo sunt inferioribus maiores. *Mamillae* soli uolucrum datae sunt, lacte sola nutrit ubera d d Plin. L. 10 admouens. *Alas*, quae † pellitae, ex angues quidam dixerunt. Ab armis incipiunt et per latera per axillas continuo ductu ad crura usque feruntur eaque circumambiant. Quatuor hæ flexus, plicas seu articulationes habent, quibus alas inter uolandum dilatant et contrahunt, medius superiorum, (cubitos Albertus nominat) quique in plures alios deorsum flexus diuariuntur. *Digituli* singuli unguiculis hamatis instructi, quibus parietibus se adfigunt, adnectuntur. In supremis alis rudimenta quaedam brachiorum neruosa adparent, quae in uncum desinunt. *Pedes* illi bini in quinos digitos dissecti et unguiculis

G